Dōica iii. post Octauā Epiphiphaniæ dñi. Euāg. sēdm Matth.

In illo tp̄e: Ascendente Jesu in nauiculā, secuti sunt eū discipuli eiꝰ.
Et ecce motus magnus factus ē in mari, ita vt nauicula operiretur
fluctibꝰ. Ipse Verò dormiebat. Et accesserūt ad eū discipuli eiꝰ, et
suscitauerūt eū dicentes. Dn̄e, salua nos, p̄imus. Et dixit eis. Quid
timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens imperauit ventis, ⁊ mari,
⁊ facta est tranqllitas magna. Porro hoīes mirati sūt dicentes.
Qualis ē hic? Quia venti ⁊ mare obediūt ei.

Dōica iiii. post octauā Epipha. Euāg. sēdm Matth.

In illo tp̄e: Respondens Jesus dixit: Confiteor tibi dn̄e pater coeli
⁊ terræ, qa abscondisti hæc à sapientibꝰ ⁊ prudentibus, ⁊ reuelasti
ea paruulis. Ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Oīa
mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo nouit filiū nisi pater,
neq; patrem qs nouit, nisi filius, ⁊ cui voluerit filius reuelare.
Venite ad me oēs, q laboratis ⁊ onerati estis, ⁊ ego reficiam vos.
Tollite iugum meū sup vos, ⁊ discite à me, qa mitis sū, & humilis
corde; ⁊ inuenietis requiem animabus vr̄is. Iugum .n. meū suaue est
⁊ onus meū leue.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BRITISH LIBRARY
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bl_harley2970/0018